

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mulier o  
cum fonte primo

Matrem tuam ita uide ne per illam alias uidere coneris, quarum uultus cordi tuo hereant et tacitum uiuat sub pectore uulnus. Ancillulas que illi in obsequio sunt tibi scias esse in insidiis, et quanto uilior est earum condicio tanto facilior est ruina.

Ieronymus ibidem (ad Rusticum monachum).

matrem ita uide, ne per illam alias uidere cogaris, quarum uultus cordi tuo haereant et tacitum uiuat sub pectore uulnus. ancillulas, quae illi in obsequio sunt, tibi scias esse in insidiis, quia, quantum uilior earum condicio, tanto facilior ruina est.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 125, 7, 2 (CSEL 56, I. Hilberg ed., pp.124-5, ll.19, 1-4).